



A conpentionio, juxta quam omnes vivere oportet, qui in civitate sunt. Demoflex orat. 1. contra Aristegit.

Illi Locentis se putant oportere veteribus latis ut legibus, & inflituta moreque patrios tueri, nec ad jusque voluntatem & injuriarum impunitatem leges ferendas esse, ut si quis velit legem ferre, in laqueum collum inferens legem ferat: ac si honesta & utilis videatur esse lex, vivit qui eam tulit & abit: sin minus, confictio laqueo perit. Ex orat. cont. Timoc.

SOLON existimabat, argentum quidem numisma esse privatarum commutationum causa inter privatos reperitur: leges autem putavit civitatis numisma esse: itaque judices oportet multo magis, si quis istud, quod civitatis sit numisma, corumpat, & adulterinum inducat, odisse & punire, quam si quis illud quod privatum sit. Ex orat. cont. Timoc.

Sio porro exactissime cognoscetis, quanta proficiscitur utilitas ex bonarum receptarumque legum observatione, quantumque damnus est ex earum contemptu, si legum commoda seorsim, & quae ex earum violatione eveniant damna, se oculis posita pertractetis. Ex orat. contr. Aristeg.

Nullus est usus civitatis, quae nervos ac vires adversus sceleratos & injurios non habet, neque Reip. in qua venia & amicorum preces plus valent quam leges. Ex orat. de falsa legat.

Lex non est vera aut legitima, quae inauspicata, improspere, impiaque vel praecipit, vel quod paulo minus est fert. Est autem lex, Pindari sententia, Deorum atque hominum regina. Item legis finis est justitia. Lex, principis opus, princeps Dei universa exornantis spirans imago; ubi quae ergo principum institutiones, aut civitatum verae non sunt, id est, ad optimum ratione certa non dirigunt, legis haudquaquam videri nuncupatione, factove dignas titulo; quinimo, decreta dici verius, edictave, ac inflituta. Lex enim vera, bona est, lex aeterna, item & mutationis prorsus nefcia, imo eadem ubique, si modo vera: nam quae ingeniorum afflatu subinde locis temporibusque interpolata distinguitur, & Protei modo formam evariat, neutiquam lex dicenda est.

Plutarchus inquit, in civitatibus alia ad honestatem pertinent, quaedam ad necessitatem: honestorum vero omnium illud multo maximum est *Lex*, id est, legum bonitas: necessariorum autem *Prosopia*, id est, retum affluencia.

IMMUTABILITAS.

Inter conditiones legis, immutabilitatem, sive perpetuam collocamus; cum enim lex esse debeat rationabilis, & justa, nunquam praescribit terminum suae durationis, nisi fortassis cum eodem cesset ratio justitiae legis, aut impositionis ejusdem, aut subditorum; scilicet si esse desinant, debet enim lex verari circa subditos. Deinde cum a voluntate legislatoris pendat lex humana, per contrariam illius voluntatem auferri poterit, manente interea ipsius legis causa materialis, & motivo, nempe res aliqua honesta, ad bonum eorum quibus constituta est, directae. *Natalis comel. 27. hist.* ait: Cam lex sit unicum fundamentum rerum publicarum, turpe est, & puerile in regno delirare, ebriosorumque more, modo huc, modo illuc fluctuare, aut saepius tanquam ab inferis mortuam legem per praeconeem revocare frequentibus promulgationibus; sed convenit legem ab initio ante promulgationem diligenter consideratam, mox fieri civibus contubernalem, non minus in animis & consuetudine civium, quam in libris publicis stabilitam: est enim clarissimum male inflituta civitatis iudicium, si leges saepe repetantur; quod certe non fieret, si a sapientibus laeta essent priores, ac semel late juberentur, ut convenit, sevari.

LEGISLATORES.

Aristoteles in secundo Politicorum, multos legislatores recenset, eorumque inflituta enarrat. Ex quibus alii revera civibus leges praescripserunt, de quibus hoc Tit. agemus: alii ejus Reipub. quam optimam fore sibi imaginabantur, constitutionem scriptis tradiderunt: ut Hippodamus Milesius, & Plato in libris de Reipub. quos inter Ethico professores revidimus. Consule Titulum Praedictae in legibus ponendis.

AD LEGISLATOREM REQUISITA.

Tenere debet Scripitor Legum, & Scientiae civilis haud ignarus, quae popularem conservent, & quae populi opus laeficent, quaeque paucorum potestatem: quarum neutra nec fari, nec permanere potest sine locupletibus & multitudine. *l. 5. de Rep. c. 9.*

Legislatoris iudicium non de singulis, nec de praesentibus, sed de universis, & de futuris est: Senator vero & iudex de praesentibus jam determinatque iudicant. *l. 1. Rhet. ad Theod. c. 1.*

Legum scriptor, ne inter cives seditio oriri queat, diligentia sua providere debet. *l. 2. de Reipub. c. 9.* Ad legumlationem utilis maximè est, tum ex praeteritis, tum Reipublicae status conducit, perspicere: ex tunc aliorum quoque scire conditionem, & quae quibus conveniant, non ignorare. *l. 1. Rhet. ad Theod. c. 4.*

Nos viri civilis & scriptoris legum omnem curam & industriam in civitate constituta posita videmus. *l. 5. de Reipub. c. 1.*

LEGES QUI TULERINT.

Qui primus inter mortales invenit, inflituitque leges, non eadem omnium est opinio. Hebraei hunc Moysen fuisse volunt, Athenienses Cecropia, Argivi Phoroneum, a cuius nomine forum non minus commodè acceptum reor, quam ob eam rem ita nominatum, quod ob lites controversiaeque ferantur. Cretenenses Minos atque Rhadamantum: Lacedaemonii Lycurgum, Egyptii Mercurium Nili filium, cui Vulcanus successit in regnum: Persae vero Zoroastren: nam Latini, qui in legibus ferendis juniores extiterunt, eo ceteris hominibus in hoc doctrinae genere mitificè omnibus praestiterunt. Quod autem ad Moysen attinet, hunc alii legumlatorem (ut Philo Judaeus est locupletissimus testis) alii sacrum legum interpretem prodiderunt, claritique eadem tempestate apud suos, quae Cecropis apud Athenienses. Quos Cecropidas ab ipsius conditoris & legumlatoris nomine, appellatos esse constat, & id quidem annis a mundi creatione tribus milibus sexcentis quinque viginta. Et Phoroneus, qui Inachonatus, regnavit Argis secundus, annos circiter recentos, postea legibus Argivis ac iudicis munivisse: nam Rhadamantum ac ipsius fratrem, qui Ganymedeo rapuit, Europa & Alterio natos fuisse longè his tribus posterioribus constat: Lycurgum vero, quae leges Lacedaemoniis tradidit, a Cretenibus accepisse. At Zoroastres rex Baactriarum, qui primus omnium magicam illusionem reperit, quibus fuerit temporibus, ea ratione patet, quod adversus eum Nimus Rex Assyriorum dimicavit: & ne sim narrando prolixior, neminem inter legumlatores invenio, quem modo antiquitate Mercurio cōparem. Hunc alii omnibus legumlatoribus quam longissime superiorem reperio, idcirco Jove Majaque natum Poete ceccinere, quod & mentis acuminis viguerit, & prudētissimus fuerit. Mercurium enim auditorem fuisse ajunt eloquentiae, quae ex intellectu gignitur, & prudentia, eundemque; & palestra, & lyra, & prestigiarum peritiam primum tradidisse. Sunt etiam qui hanc laudem legum ferendarum dent Aecho Achilles avo, cuius filium Peleum cum Argonautis adversus Colchos navigantem ostendit Orpheus. Quam plurimos praeterea legimus, qui Cererem omnium primum exitisse arbitrentur ferendae legis auctorem; quod eo argumento refelli potest, quod Cererem fuisse constat annis ab initio mundi tribus milibus septingentis octoginta. Sed qui omnem illam superiorem antiquitatem legalis sapientiae gloria superavit, Solona fuisse contendunt, qui antiquis omnibus Draconis legibus, praeter eas quas de caede tulisset, ipse leges Atheniensibus dedit: quas ob eam rationem axes nominavit, quonia in ligneis axibus scriptae essent. Et floruit quidem Solon inter septem Graeciae sapientes Olympiade quadragesima septima, vel, ut alii perhibent, quinquagesima sexta, Pausilatro Athenis regnante. Hujus autem unius Philosophi leges adè apud omne penè hominum genus illustres, atque praecelatae sunt habitae, ut ne Romanos quidem puduerit, post exactos reges, easque leges omnes penitus sublatas, quae prius ab ipso ulque Romulo late fuerant, Athenas mittere legatos decem, qui aclytas leges Solonis pererent, quibus Romana Respub. fundaretur, his in decem eburneis tabulis praescriptis, in urbemque allatis, & pro Rostris ad aperiorem voluntium perceptionem positis. Praeterea duae postea tabulae Hermodoro Ephesio auctore in annum proximum ex publica potestate adjectae sunt: quonia ad tantae civitatis imperium pluribus legibus esset opus, & ita leges 12. tabularum appellatae. Deinde secutum est jus civile, legis actiones, jus Agelianum, plebiscitaque postea lege Hortentia pro legibus habita, observataque sunt. Posthae jus id additum est necessarium, quod Senatui consilium nominatur, nec deceptis adjecta opportunè sunt. Edicta Praetorum, a quorum honore jus est appellatum Honorarium: ad postremum autè princeps consilium accepto, illud est jus introductum, quod ab unius principis voluntate manans, Principale vocatur est.

Quid

A Quid enim sigillatim memorem, aut de Publicis, aut de Privatarum legibus, quae Privilegia dicuntur? Quid de Consulibus & Tribunis? quid de Saryta? quid de jure Militari? quid de jure Quiritium? quid de constitutionibus? quid de prudentium responsis? Nulla est proflus, neque legis, neque aequitatis, neque juris pars, quam Romani, aut legumlatores aut jureconfulti intactam, indiscussamque reliquerint. Non enim in tot Coruncanis, Brutis, Scaevolis, Paulis, Javeloniis, Pomponiis, Trebatii, Tullii, atque aliis propè infinitis, unum aut Lycurgum aut Solona invenias. Quam enim gentem unquam in universo terrarum orbe excelluisse meminerimus, quae cum in omnis laude virtutis, tum maximè in splendore Justitiae cum Romanorum Imperio comparari queat? Haec autem non natura, sed disciplina primùm acquirunt, & ea quidem disciplina, quam nobis legum & juris civilis scientia subministrat. Haec sanè ea est Justitia, quam ait Euripides, Hespero atque Lucifero magis esse mirabilem. Haec, inquam, una virtus ita cunctis virtutibus antecellit, ut qui eam adeptus sit, solus honoratis cognomen adeptus existimetur. *Hi legum inventores.*

B Initium verò legum Romanarum, atque originem vobis multò, quam mihi, notiore esse non ambigo, pulsus videlicet Tarquinius, superiorum Regum leges abrogatas omnes, novas deinde promulgatas, latam legem manumissionis, vindictam Bruti servum, quod contra rationem patefecisset, primum apud Romanos fuisse manumissionem, & etiam civitate donatum, ab eoque praetorium vindictam appellatam: missos deinde Appium Claudium, atque alios, ad leges ab Atheniensibus capitum, quae in loco Accurium vestrum valde equidem demeret, optimum virum illum quidem, sed in inquirendis rerum antiquarum historiis perparum, ut mihi videtur, exercitatum, qui cum jure Romanis originem interpretatur, rem afferit veritatis, atque historiae minime contentaneam, stultum quendam (nescio quid de nostra religione blaterantem) dignos fecisse Romanos legimus, quum plane constet, multis ante Christianam religionem seculis, Romanos leges ab Atheniensibus transtulisse, eas deinde dubius supra additis, leges duodecim tabularum appellatas, pro Rostris ante oculos omnium in foro, atque in curia posuere. Pontifices deinde maximos, legum custodes, & si opus esset, interpretes statuerunt. Hinc scientia civilis, hinc iura Romana, sanctissima leges emanarunt: hinc Scaevola, Manlius, Laeoe, Papinianus, Pompejus, Sextus, Laelius, atque alii sapientissimi viri, juris ac legum inflituta condiderunt: Nam jus quidem Pontificum à Numa Pompilio Romano Rege sanctissimo atque optimo viro processit: nisi aliorum repetentes, Tagetem illum, in Hetruria extra natum, auctorem Pontificis censuimus. Quod ad nostrum attinet, nemo est vestrum, qui ejus originem ignoret, atque processum: Sed ego satis demitari non possum, qui divina humanaeque confidentes, ut leges dicant in sapientium inventionem nequaquam esse reponendas; sed ab Imperatoribus & Pontificibus non ratione constitutas aliqua, sed solo imperio, voluntateque constitatas, facile additum regum ac Principum permutari posse. O capita ridicula, & cervicis illepidas! Num, ut Pythagoram praetereamus, a quo Meteopontini leges accepere; ut Eudoxum, Prothagoram, Aristotelemque praetereamus, quorum primus Guindis dedit leges, a Ius Turris condidit, tertius suis Stabiribus promulgavit; ut denique ceteros praetereamus, quos vehementer admittat Graecia, septem Sapientes appellarunt, omnes, *Plutarchus teste*, legum conditores fuisse: Qui obsecro leges condiderunt, nomine Philosophi: at quales Philosophi? it qui soli appellabantur sapientes, qui Deorum immortalium oraculis sapientissimi iudicabantur, atque optimi, qui per populos & civitates tanquam Dii aeterni colebantur. Quis praeterea leges ac jura permutavit? An si medicamentum veneno inficiatur, mutatam non perverfam dicemus medicinam? Enimvero perverti possunt leges, permutari non possunt, totae sunt in aequitate & moderatione, totae in prudentia, totae denique in philosophia & in prudentissima sapientia constitutae, totae ad genus humanum regendum, gubernandum, defendendum excogitatae, totae ad vitam bene beatèque agenda inventae. Possunt Imperatores leges pervertere, sed suum una cum legibus Imperium pervertent: quamobrem? Quia nullum imperium, nulla Respublica sine legibus potest esse diuturna. Arma enim imperia parant, leges patra conservant: sicut sine armis regna acquiri non possunt, ita nequiverunt eadem sine legibus custodiri.

L. B. T. beati. vit. Human. Tom. II.

Que porro vita jucunda, quae honeste ac securè ratione: sine legibus: utilissimum est, ad merces transportandas navigare maria, id leges praestant, quae piratas durissimis undique suppliciis persequuntur. Optimum est & necessarium commercium, protectiones, itineraque conficere. Id leges efficiunt, quae latrones arcunt & grastratores, & insidiarum pericula longè lateque repellunt. Jucundissimum est, libere in civitate versari, leges obtinent summam libertatem: neque enim sublatà libertate leges, neque rursus sublatis legibus potest esse libertas. Nullis vim, nullis injuriam, nullis impetum fieri patiuntur: unumquemque in suo gradu suaque dignitate tueruntur. Sunt enim leges muri & fundamenta civitatum, in quibus bonos quamdiutissime detinent, malos arcunt, & iis appropinquare non sinunt: in his salus bonorum, in his consilia civitatis, in his pacis praedidia continentur. Nihil boni, tuti, honesti esse posset, si jura contemnerentur & leges. Quod sanus ac incedimus, quod dormimus, quod denique securè vitam agimus, id totum est juris ac legum defensionis tribuendum. Quae nisi flagrantissimos hominum libidines, atque avaritiam cohererent, non mulieres pudicas, non agros, non domos, non vitam tutam haberemus: virgines è parentum amplexibus extiperentur; per vias, per vicos, per plateas homines percuterentur, expoliarentur, crudelissimè interficerentur: furum, latronum, ficariorum, patricidarum plena essent omnia, &c. *Plato Dialogo 9. de legibus.*

Leges accedunt etiam iustitiae, quas alii aliis populis dedere: Gymnosophistae Indis: Prophetae seu sacerdotes Aegyptiis: Chaldaei Babyloniis: Magi Persis: Druidae Gallis: Zelenus Locrensis: Moyses Hebraeis: Solon Atheniensibus: Lycurgus Lacedaemoniis: Minos Cretenibus: Philo Corinthiis: Zamolxis Getis: Andromach Rehenis: Milefius Hippodamus: Charondas Thuriis: Philolaus Thebanis: Phaeleas Carthagenens.

Apud Romanos verò primus P. Papirius regis leges in unum contulit. Deinde Appius Claudius Regianus decemvir ejus maximum consilium in XII. tabulis conscribens fuit. Post hunc ejusdem familiae Appius Claudius Cæcus, qui R. literam invenit, actiones scripsit, & primum de usurpationibus qui liber non extat. Post hos Sempronius Sophus, deinde Scipio Nafica, qui optimus à Senatu iudicatus, & cui publica domus in sacra via data est, quòd facilius consuli posset. Demù Q. Fabius, qui ad Carthagenenses missus est legatus: quum essent duae testerae posita, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato, utram vellet, referret Romam; utramque sustulit, & ait, Carthageneses petere debere, utram malle accipere. Post hos fuit T. Coruncanus, qui primus profectus cepit, cujus tamen nullum scriptum extat. Deinde Sextus Ailius & frater ejus P. Ailius, ambo consules. Deinde M. Cato, Portiae familiae princeps, cujus extant libri. Postea P. Mutius, & Lucius Brutus praetorium, P. Manlius jus civile fundaverunt. Ex his Mutius consularis fuit, & decem libros reliquit. Ab iis profecti sunt P. Rutilius Rufus Coll. Romae, & Aesc. procosilius, & P. Virginius, & Q. Tubero, ille Stoicus, Panetii auditor ac Cosul: & Sextus Pompejus, Pompei Magni patruus. Eodem tempore Caelius, qui plus eloquentiae quam scientiae juris operam dedit: & L. Crassus Mutianus P. Mutii frater illius, quem Cicero Iustifconsulorum disertissimum dicit. Post hos, Q. Mutius, P. filius. P. Marius Jus civile in 18. libros redegit. Mutii auditores fuere complures, sed praecipue auctoritatis Aquilius Gallus, L. Balbus, Sextus Papirius, deinde Servius Sulpicius, qui in H. causis perorandis post Ciceroem primum obtinuit locum. Reptehenus à Q. Mutio, quòd jus non intelligeret, juri operà dedit, reliquitque 780. libros de jure civili. A Servii disciplina manserunt Alphenus Varus, C. Flavius, A. Ofilius & Cæsius, Aufidius Tuca, Aufidius Namula, Flavius Priscus, C. Atrejus, Laeoe Antistius Pater, & P. Cæcilius. Libri digesti fuerunt ab Aufidio Namula. Ex iis Alphenus consul fuit, & Ofilius equitris ordinis, qui edictum praetoris diligenter primus composuit. Fuir eodem tempore Trebatius Corneli Maximi auditor, Cæcellius: Q. Mutius Volulus auditor, Quaestorius: consulum enim tenuit offerente Augusto. Ex iis Trebatius peritor, Cæcellius eloquentior, Ofilius utroque doctor. Deinde Ailius Tubero, qui postquam accusavit Q. Ligarium, nec obtinuit apud Cæsare, a causis agendis ad jus civile transiit: post hunc Atrejus Capito, qui consul fuit, Ofilius imitator, & annu sic divisi, ut Romae sex mensibus cum studiosis esset, & tordem in secessu in conscribendis libris: idè volumina sexaginta reliquit. Laeoe ingentis doctrine fiducia, ut qui operam Philosophiae dederat, plurima innovare inflituit. Masturius Sa-

Ggg 3 bus



A PHILOLAUS Cotinthius leges dedit Thebanis. *Aristot. lib. 2. Polit. sub finem.*

PROTHAGORAS Thuriis leges posuit quibus postea abrogatis, Metellus devicta Creta, illas cum Romanis commutavit. *Revisus.*

MELISSUS, Samius philosophus, Parmenidis auditor, civibus suis charus, iis praecepta multa dedit, Rempub. administravit, classicque & bello praefuit, Olymp. LXXXIV. ut refert Apollodorus.

PRIDANDES, Megalopolitanorum legislator, Peripateticorum celeberrimus, Megalopolitanis ad conservationem reipublicae ab Antigono rege datus est. *Polyb. lib. 5. hist.*

NICODORUS, pugil celeberrimus, apud Mantinentes extremo aetatis suae tempore legislator eorum extitit. Ajunt tamen Diagoram Melinum, a quo amabatur, eas composuisse leges. *Elia. lib. 2. var. hist.*

Pyrrhus Achilles filius, ex Ilio reversus, paterno principatu per absentiam amisso, in Molosside convalidavit: a quo regionis incolae Pyrrhidae primo, ut Trogius scribit, mox Epirotae nuncupati sunt. Per ipsius posterum longo ordine regnatum ad Arisbam usque, qui casu quodam Athenis liberalibus disciplinis institutus, leges, senatus, & annuos magistratus, & civitatis formam suis constituit popularibus: ita ut quemadmodum Pyrrhus regi conditor fuit, ita Arisbas cultorem posteris vitam tradidit. *Sabel. l. 8. Ann. 4.*

ANTIPHANES, Cretes, Tyronidas & Pyrias, Tegeatum in Arcadia legislatores. Quibus in foro Tegeae statuere sunt positae. *Paus. in Arcad.*

Victis Atheniensibus in Sicilia, Syracusis victoribus suavitudo Diocles, ut legumatores ad dirigendos civium mores, componendamque republ. & novas leges privataque instituta conscribenda, eligerent. Electi ex civibus, qui maxime prudentia sapientiaque praestare videbantur: quorum longe primus, ac clarissimus omnium Diocles habebatur, ut legum tabulis communi omnium ad id institutum sententia conscripserit, leges illae tamen Diocles appellarentur: veluti privata ejus viri auctoritate, tituli dedicationem vendicant. Nec vir ille solummodo dum viveret, in summa admiratione & reverentia fuit habitus Syracusis: verum illius quoque mortui monumentum & honoribus heroicis memoriam commendatum: templum ei extructum, quod postea a Dionysio in mari & mienium reductione subitum corruit. Nec minus hunc ipsum reliqui Siculorum populi suae admirati. Multae enim per insulas urbes, legibus hujus componentes suas, administratique sibi pro modo illis commendato insinere, idque servare, quoad Siculos omnes Romanoa republ. civitate legibusque suis donavit. Caeterum posterio tempore Timoleonte imperante, cum Cephalus Corynthius, vir doctus & prudentia insignis, eis leges scripserit, post Polydorus Hieronis regis tempestate, neutrum placuit legislatorem appellari: sed utroque potius jurisconsultos, atque legislatores interpretes, quum leges praescripta lingua conscripserit, obicitur supra modum, intellectuque difficiles viderentur. Diocles certe praeter omnibus legumatoribus amarissimas penas instituit violatoribus aequitatis, & juris communis: justitiaeque praecipuam rationem habuit, praemis unicuique pro merito & dignitate decernendis: accuratissima praeterea rerum actionumque civilium cautione usus, multaque rerum peritia cautus, ac causam quamcumque accusationemve, seu privatam, seu publicam, quae in disceptationem venisset, citra multa determinavit. In dicendo concisus, magnam legentibus reliquit inspectionis meditationem. *Diod. lib. 13. c. 16.*

Thuriarum civitas in Italia ex ruinis Sybaris condita est, colonis e Graecia deductis, circa Olymp. 84. Delegere legislatores Charonadam, virum natum optimum, singulari rerum peritia humanarum divinarumque, & summa sanctissimae cujusque disciplinae institutione praeditum. Hic inspectus diligentissime cujusque gentis legibus & institutis, optima quaeque ex illis ad rem (uti sapientia praestabat) deligendo, & in unam veluti corpus redigendo, ea prolegibus servanda ipsi mandavit: quibus multa quoque accessisse a se inventa excogitataque, memoratim proditum est. Inter ceteras leges tulit, ne quis aetatis in concione veniret. Cumque ipse postea rure veniens, ex improviso (ut erat gladio accinctus) in concionem venisset, admonitus legis ab eo qui proxime sedebat, eidem gladio incurbit, cum liceret culpam dissimulare & defendere. *Val. Max. c. Diod. lib. 12.*

ANDRODAMUS Rheginus, legislator Chalcedensium fuit in E Thracia. *Arist. lib. 2. Polit. sub finem.*

PITTAUOS Mityleneus, civibus suis leges sexcentis elegit scripsit, Paulus post tyrannidem, quam occupaverat, deposuit. Unus ex septem sapientibus eximianus est. *Gyraldus 2. dial. Hist. poet.*

PERIANDER Corinthius, unus ex septem, duobus verum milibus hypothecae suis civibus scripsit. *Ibid.*

Civitates omnes, quae se Achaiae tribuissent, Polybium Megalopolitanum historicon naetae sunt rerum suarum publicam auctorem, legum etiam latorem: In templo etiam Dominae dicato statum habet. Inscriptio testatur, nihil ab initio offensuram fuisse Graeciam, si Polybii consiliis paruisset: jam vero graviter affectae unum illum praedidio fuisse. *Paus. in Arcad.*

ROMANORUM.

Romae post exactos reges sex, Papyrius leges Curias (quas Regum tempore populus in triginta curias a Romulo divitas, a Regibus scriptas, suo calculo confirmatae) sine ordine latas, in unum composuit, & ab eo jus civile Papyrianum fuit appellatum. Deinde omnes haec leges legum tribunitia exoleverunt, & incerto jure populus usus est ferè per 20. annos. Decemviri inde creati, qui ab Atheniensibus leges decem Tabularum petierunt: quas in tabulis eburnae per scriptas, pro rostris composuerunt. Sequenti anno alias duas tabulas adjoecerunt, & leges XII. Tabularum sunt appellatae, quarum ferendum auctorem fuisse decemviris Hermodorum quendam, Ephesium exilium, ajunt. Ex his legibus actiones natae sunt, quarum formulae, ut & legum interpretatio, apud solos fuit Pontifices, ferè per 100. annos. Postea cum Appius Claudius ad formam dedisset has actiones, Cn. Flavius scriba subreptum librum populo tradidit. Hic igitur liber, qui actiones continet, jus Flavianum appellatur. Augescente deinde civitate, quia deestant quadam agendi genera, Sex. Aelius alias actiones composuit, & librum populo dedit, qui appellatur jus Aelianum. Deinde cum plebs a patribus secessisset, sibi jus constituit, quae Plebiscita dicuntur. Mox cum revocata esset plebs, prolegibus placuit ea observari, lege Hortensia. Cepit postea senatus esse interponere: & quicquid constituisset, id observabat, & Senatuseonsultum dicebatur. Eodem tempore & magistratus jura reddebat: ut scirent cives, quod jus de quoque re quaeque dicitur esset, seque praemunit, quia ea proponerebant, quae jus Honorarium constituerunt, qui ab honore praetoris venerat. Constituto populo principe, datum est ei jus, ut quod constituisset, ratum esset: quod jus Principale dicitur, sive Principale constitutio. *Hec ex Pomponii lib. 1. Digest. Tit. 2. de Origine juris.*

Lex triundino crebatur apud Rom. nec alio modo rite ac jute dicebatur, nisi trino promulgata undino. Est autem promulgata, quasi divulgata, hoc est in vulgus edere, ut Festo Pomp. placet, & triundinum, a ternis undinis dicitur. Undina vero mercatum significat: quoniam octo diebus rusticus in agris versabatur, in opere faciundo occupat, & nono quoque die in urbem veniebat, rerum permutationes facturi, lites composuit, ac iustitiam senatusconsulto concessa, si opus foret, laturo. Primis undinis, & item secundis, lex promulgabatur, ut a singulari atque universis (quod ait Macrobius) facile nosceretur. H Tertio foro, vel mercato, cum omnis & urbana & agraria adesset turba, rogatio fiebat: praeco verba legis scriba subvolumen recitabat: & si populus sciebat, lex ferrebat, hoc est, in eas incidebatur, & in atrio reponebatur, & tunc demum lata dicebatur. Tempore promulgationis, hoc est, primis & secundis undinis, interdicere, hoc est, contradicere licebat: cum vero lata fuerat, minime. Quam rem significat Cicero in Antonianarum, dicens, leges duas ab Antonio nulla promulgatione latas: nempe quod triundino populo recitata non fuerant, nec liceret illis contradicere, vel ut magis intercedere. *Antonius Garro in lib. de Orig. juris.*

CORNELIUS Tacitus testatur, tantis suis tempore aliarum super alias accrevatarum legum cumulos fuisse, ut omnem propemodum aequitatis splendorem in a multis illis obstruerent: cum inter omnes consister, nullum propè Reipublicis majus exitum legum multitudine ac varietate adferri posse. Post tragicae quaedam Proclianorum & Cassianorum sectae exortu sunt, qui infinitis concertationumque plenis disputationibus

A annos amplius centum legum disciplinam ita permiscerunt, ut Theodosius Imp. maximus idemque optimus, multo maxima Jurisconsultorum pari auctoritate abrogavit: & ex perperacis, quos antecelleret iudicabat, qui numero vincerent, eorum in iudiciis probari sententiam imperavit. Per eadem tempora Rom. Imperatores, vel potius (si maximam illorum partem spectemus) improbilissimi, & celebratissimi tyranni extiterunt, quorum quilibet jus Romanum novis editicis, placitis, decretis, constitutionibus, itemque senatusconsultis suo imperio factis ad suum arbitrium interpolavit. Jam vero Romani Imperii sede in Graeciam translata, quid aliud Constantinopolitani Imperatores (qui non Rempub. ad leges, sed has ad illam accommodandas esse intelligebant) quid aliud, inquam, agerent, nisi ut maximam Romani juris, & Latinarum formularum partem abrogarent, novaque suas leges ad Graeciae suae rationem accommodatas in Latinarum locum substituerent? Ubi ad Justiniani imperium ventum est, Tribonianus homo facinorosus, coactis aliquot operis, ita Legum & Jurisconsultorum libros circumcidit, ac multos reddidit, ut copia illorum innumerabilis nihil praeter fragmenta quaedam reliquerit, nullo ordine descripta, sed ita confusa ac perturbata disiecta, ut quasi Sibyllae folia esse viderentur. Anni post amplius trecentis Basilis Macedo Imperator Constantinopolitanus extorsit est, ac rursus eo mortuo, Imper. Leo philosophus, ipsius filius, qui Justinianus Pandectis non contentus, novas & ipsi Pandectas fabricari fecit, sexaginta libros, ex Basilis, ut opinor, nomine appellatum: in quibus Hermenopolus profuerit, otiosa & impervicacae multa scripta fuisse, quae vero maxime necessaria erant, praetermissa. Utcumque autem ea res habet, Justiniani libri post illam Basilicorum editionem contempti, annos amplius ducentos in sinu ac tenebris jacebant, usque ad Lotharii Saxoniae Imperatoris Germanici aetatem: cum Imerius quidam inventus est, qui Imperatori suo auctor fuit, ut eos in quadam Italiae Bibliotheca repositos in lucem edere ac passim describi juberet: quo tempore ita libratorum incuria dicam, an imperitia, contaminati, ita multis mendis, & quasi luto sic maculis, alperci ac fedati fuerunt, ut doctissimus quique nostrae hujus aetatis interpretes magnum studiorum suorum partem in eis vel eludendis, vel certe suspicandis, & obviandis consumere cogatur. Ad extremum autem quasi quidam infelicitatis cumulus accessit, sopsisturam ac barbarorum interpretum chalybes: quibus aeternam artium memoria toto terrarum orbis funditus delata, certatim lecturas, tractatus, glossas in illa Tribonianica fragmenta conscripserunt, quae tamen etiam nunc a neficio juris tabulis, & pragmaticis majore in pretio, quam ipse Justinianus leges, habentur. *Hoteman. in epistola praefationi comm. de Feudis.*

THEODOSIUS II. Imper. Jurisconsultis adhibitis, maximam eruditionis, fidei, ac prudentiae opinionem habentibus, negotium dedit, ut omnes Principum a D. Constantini usque ad suum principatum constitutiones colligerent, atque inutilibus praetermissis, in unum corpus redigerent, brevitate ac claritate in primis forensis studio consulentes. Eum vero codicem absolutum anno 435. v. Kal. Mart. Constantinopolis edidit, praecipiens, ne qua post Kalendas Januarii contravertita ad forum deferretur, aut delata iudicaretur, nisi ex his libris, qui suo nomine insignirentur: simulque ne qua in Occidente a Valentiniano Augusto, constituto lata vim legis obtineret, nisi prius ad suam notitiam pervenisset. *Sigon. lib. 12. Imp. Occident.* Duodecim post annis novatum volumen Constitutionum ad Valentinianum Romam misit, quas ad suum Codicem adjici, & Novellas appellari voluit. Eas Valentinianus, Ravennam Roma reversus, obviandas mandavit. *Idem lib. 13.*

PATAVINORUM. AEGIDIUS Fontana Patavinus, cum post irruptionem Atilii compatrietis familiaris in aestuaria Veneta concessisset, & eo quoque ex vicinis urbibus nobilissimis quique confluerent: primo fuit, qui leges novae civitati Venetorum dedit, quae ab auctore ipso etiam hodie sanctiones Aegidianae appellantur. *Bernardinus Sbard. lib. 13. Patavinae hist.*

LONGOBARDORUM. Postquam Longobardi in Italiam venerunt, per 76. annos legibus nullis scriptis, verum veteribus scitis, uti quotidiano ac repetita memoria conservatis, usi sunt. Huic incommodo occurrere Rotharis rex cupiens, omnia scita collegit,

ac multis novis decretis Reipublicae salutaribus aucta in tabulis reulit, quas Edictum vocavit, illudque an. Sal. 643. Papia publicavit. *Sigon. lib. 2. regni Ital.* Itaque leges Romanae in desuetudinem venete, jusque Romanum in integrum restitui poterit. *Bern. Sacrus Lg. Ticinensis hist. c. Bonfin. lib. 1. Dec. 1.*

GRIMOLDUS rex Longobardorum ann. 668. ex iudicium suorum sententia, cum Edictum a Rhothari editum nonnullis in partibus imperfectum esse sentiret, aliquot ei leges adiecit, quas maxime idoneas iudicavit. *Sigon. lib. 2. regni Italici.*

RACHIS Longobardorum rex, ut jus sanctissime coleretur, adhibitis omnibus Longobardorum ex Austria Neustriaque iudicibus, leges veteres diligenter perpendit, quaeque correctione egere iudicavit, eas novis legibus suis ex eorum sententia emendavit, anno regni sui secundo, Christi 746. *Sigon. lib. 3. regni Ital.*

LIUTFRANDUS Longobardorum rex omnes ex regni partibus iudices Longobardorum in regiam convocavit, eoque de novo jure constituendo consultum, novas leges ad antiquum Rotharis Edictum adjunxit. *Sigon. lib. 4. regni Ital.*

CAROLUS MAGNUS vero Longobardorum regno legem Salicam in Italiam intulit. Erat autem Salica idem, quod Franca: siquidem Franci orientales Salii appellati. Ab eo tempore tribus Italiae legibus vixit, Romana, Longobardica, Salica. Observatum est autem, ut qua quisque legem vivere vellet, proficeretur, atque ex ea jus illi diceretur. Quam consuetudinem Italia inde usque ad Lotharii secundi Imperatoris tempora conservavit. *Sigon. lib. 4. regni Ital.*

FRIDERICUS I. Imp. subactio Mediolano, ad Roncalias conventu indicto, jura, quae Lotharii, & Conradi decessorum incuria oblitterata, prius ab Italicis usurpata fuerant, repetere, ac novis institutis stabilire instituit. *Vide Tit. de Jurisprudencia studium.*

CAROLUS IV. Imp. ann. 1354. rex Italiae, vel armis vel jure constituit, ope Bartoli de Saxoferrato, juris illi aetate peritissimi, quem in aula sua liberaliter habuit. *Dubr. lib. 22.*

HISPANORUM. EURICUS, Gothorum rex in Hispania, primus legis suis dedit. Eadem post Leovigildus rex ampliat, auxit, sed superfluas rescavit. *Roder. Tol. lib. 2. Hispan. c. 14.* ALFONSUS X. Hispaniae rex, leges Hispaniarum, quas vocant Partitas, aliis insuper additis illustratque scripsit, ut ex usu videbatur, in volumen redegeat. *Tarapha de regibus Hispan.*

VEREMUNDUS II. Asturum rex, mortuo Sancto patrio, & Ranimiro consobrino, jure factus, leges Gothorum liberaliter confirmavit, & sanctorum Patrum canonicas sanctiones servari praecipit. *Kodol. lib. 5. rerum Hisp. c. 13.*

GERMANORUM. TUISCO, Noe F. Germanorum Sarmatarumque pater, ac eorum primus rex, intelligens, sine justitia, & absque religionis metu neque Rempub. coalescere, neque licentiam hominum contineri posse: jura dedit, leges, & cantinabatque complexus est, quae publice, & privatim cantarentur, ne aut oblivio oblitteraret, aut ignorantia excusaret. *Aven. l. 1. Annal.*

CAROLUS MAGNUS Augustus, Imperium virtute bellica longè lateque propagatum, legibus ab se conditis firmare statuebat, & quam proximè poterat, ad antiquam urbem Romae Hieroglyphi magnitudinem pervenisset: pulchrum esse, in terra extate unum summum regimen rerum, quod mortalibus jura reddat: cui Reges omnes gentesque peraqne pareant, quod supra cetera emineat: quod unum secundum Deum optimum maximum rerum arbitrium moderetur: ad quod unum mortales omnia referant: quod sanctum sit, unde cuncta petantur. Et ut ceteras gentes imperio venerando assuefaceret, primos Francos Augustorum legibus teneri volebat, easque ipse novas condere. Quod ubi Franci proceres accepere, tanquam sempiternum jugum veriti, cottores facere incipiebant. Ausus est etiam Vasconum procerum unus, nomine etiam Valco, cum in Hispaniam supplicamentum ducere juberetur, id aperte reprehendere, & detrectare. Crebre interum frequentique coitiones, ac propè conspirationes factae. Tota igitur res omnia. Volumen legum adhaec extat, sed antiquatum. De institutis Francis nihil mutatum. Sacerdotum solutiores mores ad frugem antiquitatisque emulationem redacti: quinque Patrum conventibus, Rhemenfis, Cabillonens, Turonens, Autrianiens,

A. nens, Moguntino: Magistratum Judicium sordes coercite multa, ignominia, abrogatione dignitatis. *Amil. lib. 3.*

Uulgo tradunt, Carolum Magnum dedisse leges Saxonibus, quæ in codice, quod Speculum vocant, extant recollectæ; & id quidem refert *Glossator* in annum Salut. 810. septimum verò Imperii ejus annum (ut memorat) in arce Sallenborg. Sed commentum hoc refellit *Cranz. lib. 2. Sax. c. 11.* & contendit esse collectam codicem, de multis consuetudinibus gentis: quomodo & Feudorum leges non ab Imperatore datæ, sed ab Obero descriptæ, usum & observantiam meruerunt. Quam enim per artem in genere crevit civitas, crevit etiam legum observantia. Inde factum est, ut quæ per tempora sunt usæ approbata, demùm sint in codice redacta: cui ad auctoritatem comparandam falsò est nomen Caroli adscriptum.

Theodo II. Magnus Bojorum dux, ubi Noricum & Vindelicam sub imperium suum coegit, divisit provincias, ad pacis artum intendit, justitiamque populum formate, & regnum confirmare constituit. Ut autem feroces Bojorum gentis mitigaret, leges dedit, quibus quod sanctiores forent, Theodericus rex Francus auctor factus est, & eas suo auspicio promulgavit. In his, quia Boji Christiani non erant, pleraque ad veritatem divinæ permittentur: quæ Hildebertus, & Lotharius reges Francorum postea abrogarunt. *Aven. lib. 3. Ann. Bojorum.*

Henricus I. Cæsar in Saxonia urbes immunitas mutis, & fossis cinxit, propter incursionem Ungarorum: legibus & moribus informavit: juventutem ad arma exercuit: agros distinguit, constituit, quot quique milites mitterent in generali expeditione. *Cranz. l. 3. Sax. cap. 12.*

Sub eodem instituti sunt ludi equestres, dicti vulgò Torneamentum, in quo quatuor nationes principes Germaniæ, Bavaria, Svevia, Franconia, & Rheni tractus, conveniunt, & nobiles inter se digladiantur: vitia detestanda, hoc est, adulteria, blasphemia, & scelera quæque corriguntur. Hos ludo Cæsar privilegii, & libertatibus confirmavit, anno Christi nonagesimo vigesimo primo. *Cyprian.*

BOEMORUM, POLONORUM.

CAROLUS IV. Imp. & Rex Boemiarum, ad jus patriæ describendum, legesque necessarias condendas se transtulit, ne iudices pro arbitrio capitis sui, ut hæcenus, judicarent. Judicia publicæ ad duo genera reducit, equestris ac procerum ordinis: interfuitque frequenter juri dicendo, sæpè etiam præfuit, non minore æquitate, quam severitate. *Dubr. lib. 22.*

Crœcus apud Sclavinos, qui Boemiam occupant, vaticinandi arte insignis, ex stirpe postea delata agrum, & in eo villam sibi comparavit, propè Stebnam pagum (quo Boemi deinceps Principes animi per venationes recreandi causa usi sunt.) Prudentia inde, & justitia nomine, defuncto Cætho primo duce, præteritum obtinuit: jus ex æquo bonoque dixit, res controversas transactione frequentibus, quam iudicio composuit. Boemiam pagis arcibusque, & aliis novis ædificiis amplificavit, inventis tunc fortè in fluminibus aureis ramentis, ut non solum domi apud suos, sed foris etiam apud Polonos gratiofus fuerit, qui ad eum legatos misere oratum, ne gravaretur in Poloniam venire, ibi quoque statum republicæ, & controversias hominum composuit. In honorem certè ejus, arci novæ, & oppido, cui tunc primùm fundamenta ad Vistulam flumen posuerunt, D Cracoviz nomen indidit. *Dubr. lib. 1.*

PRIMISLAUS rusticus, ducta uxore Libussa fatidica, Crocci ducis Boemorum filia, leges scripsit Boemis, quibus diu feliciter sunt usi. *Æn. Sil. in hist. Boem.*

SOBIESLAUS, Boemorum princeps, Pragam non solum domibus, & insulis lapideis, vicisque ac plateis saxo constratis, sed legibus etiam, & libertatibus, quibus ante se nullus principum, exornavit. *Dubr. lib. 11.*

JOANNES, Boemorum rex, primus tabularia in regno instituit, in quibus tabulæ, hoc est, actus publici, instrumentaque & literæ emptionum venditionumque continentur, ut securæ suorum bonorum euliber, liberæque, & perpetua esset possessio, cum summi magistratus tabulis custos des adhiberentur. *Dubr. lib. 21.*

SVEONUM, GOTHORUM, DANORUM.

S. FRICUS Sveonum rex, inter reliquas virtutes, leges quoque sanctissimas scripsit, quibus Sveones, & Gothi etiamnum hodie utuntur. *Joannes Magnus lib. 19.*

FROTHO III. Danorum rex, Sclavis à se devictis leges dedit: Danorum quinqueim mores, præceptorum (dum ipse septennis patri succederet) vel negligentia vel improbitate corruptos, correxit. *Saxon. lib. 5.*

CANUTUS II. Danorum rex optimis legibus disciplinam castrensem complexus est: cum promissio militis uteretur diversorum morum, & linguarum, quos dissimulato nativa ad rixas & seditiones deducere poterat, eorum legum in pace contineret. *Saxo lib. 10.*

S. OLAVUS, Norvegiæ rex, ignarum juris populum, sparsim & agresti more viventem, legibus ad meliorem vitæ habitum perduxit: quarum verus monumenta plebs Norvegiæ præcæta veneratione complectitur. *Saxo lib. 10.*

BRITANNORUM, ANGLORUM, SCOTORUM.

Britannorum rex Donvallo Molmicus, cum præcedentes reges ignavam, & ingloriam vitam egissent, & istantem legibus, quas à Martia Guntolini regis uxore Martianas vocabant, usum essent, militarem artem penè extinctam in principum usum revocavit: jus atque leges novas, & illas quidem salutaris dedit, quas deinceps Molmicinas leges appellarunt: templa deorum immortalium loco alyi, omnibus ad ea confugientibus, esse constituit: primus aurea corona usus est: viros ad bonas artes incumbentes, opibus & favore juvit, ut suo exemplo, & principes regi idem facerent, atque juventus ad virtutes capellendas magis incitaretur: item juvenis ad mensuras rebus vendendis emendique posuit: fures & noxium omne genus hominum severissime punivit: fecit quamplures vias, decrevitque, in quam latitudinem fieri deberent, ac lege sanx, jus eorum ad principem dumtaxat pertinere, ejusque juris violatoribus pariter atque iis, qui in illis maleficiis aliquod facerent, horrendas servituti penas. Præterea, ut ne terra vacaret, neve populis rei fragmentaria inopia frequenter premeretur, aut minueretur, si pecora sola occuparent agros, qui ab hominibus coli deberent: constituit, quot quilibet comitatus aratra haberet, statumque penam illis, per quos numerus diminueretur: ac vetuit jumenta, quæ aratro fervirent, & magistratibus abduci, vel assignari creditoribus pro debitione pecuniæ, si debitoris bona alia superessent. Ita provium est, ne compendii causa pecuniam agris à cultura aratorum incultos redderet. *Polyd. lib. 2.*

GUILIELMUS Conqueror, Normannus, Angliæ regio potius, potentia stabilendæ causa leges Normannicas populo obrulit. Ejusmodi leges (inquit *Polyd. Virg. lib. 9.*) apud nos etiam nunc sunt, quæ ab omnibus intelligi debent. Normannica lingua scriptæ sunt, quam neque Galli, neque Angli rectè callent. Quomobrem vidisses jam inde à principio quotidie, partim iniquitate legum, partim inicitia eorum, qui illas malè interpretabantur, hunc bonis civitatis privati, illum iudicio imperiti morum hominum criminis damnati, morteque multati: alium libris inexticabilibus perperuo irretiti, ac denique divina humanaque misceri; atque ea omnia publicè privatèque mortales testari ac detestari. Sanè Normannus pro suo instituto non potuit alias dare leges: quando non alia est natio, quæ peritius sciat calumniari, prævaricari, atque tergiversari: id est, per fraudem, & cavillationem, frustrationemque litigare, seu vexare litibus. *H.*

EDOARDUS III. Anglorum rex, anno regni duodecimo, cum terra marique jam pacem haberet, non minus suorum, quam suæ ipsius salutis prospiciens, velut natura propensius ad diligendos homines, quod fundamentum juris est, primùm omnium putavit leges sibi constituendas, quas utiles duxisset. Sanè in usu erant multiplices leges, quas olim Britannii, deinde Angli, ac novissimè Daci tulerant: & bene multi quotidie mortales, omnia utilitate metienda exultantes, sic eas ad suos mores accommodabant, ut sæpius pro justitia iniquitas coleretur. Igitur Edoardus ex immensa ejusmodi legum copia, optima quæque, & necessaria elegit, legesque paucas, & salutare usurpandas sanxit, quæ deinceps rectum omnibus æquè vivendi modum præstarent. Has leges posteri communes appellarunt: & cum eas à Normannis, aliis datis legibus, sibi ademptas quererentur, velut optimam partem vitæ, repetiverunt armis, seipèque reges eas in pristinum usum restituere, & sibi minus fructuosas negantes, magnis affectere incommodis. *Polyd. lib. 8.*

A. FERUSTUS I. Scotorum Rex in Britannia, pace cum Pictis facta, & Britannorum armis fortiter repulis, leges edidit, quibus venit latrocinium, homicidium, depopulationem, maximeque omnium furta, quod omnia tum sub dio afferantur. Castellam condidit Berogomum, ubi jus dici voluit, in Louquehabria, ad Albionis planam occidentalem, in Hebridi insularum prospectu, ut illic & insulari, & Albiani Scoti facilis ad jurisdictionem justitiaeque administrationem coirent. *H. Boetius.*

Cennethus, Scotorum rex, is qui Pictos devexit, leges patrias ex immensa congerie in compendium redegit, quibus & iudices, & jureconsulti publicè uterentur. *H. Boetius lib. 10.*

MALCOLMUS II. Scotorum rex, bello & pace clarus, legum municipalium volumen condidit, quas Scoti exinde iudiciis ferendis servarunt penè immutatas. Regiorum magistratum judiciumque (vulgò Cancellarium, Connestabulum, Marefcallum, Camerarium, Justitiariumque vocitant) & qui à secretis, à thesauris, à cubiculo, ac catophylacio essent, cunctorumque ministrorum aula annua salaria constituit, ut nostris diebus penduntur: quantumque pro regis diplomatibus, ac cæteris literis, tabellionibus, tabellariis, lictoribusque solvendum foret, instituit. *H. Boet. lib. 11.*

MACCHARIUS, Scotorum rex, in legibus condendis ad reipublicæ utilitatem, præclaram navavit operam, ut si per jus regnum adeptus fuisset, nulli omnium regum secundum habendus fuisset. Eas tamen leges post Malcolmum III. rex, zelo tyrannico, abolevit. *H. Boet. lib. 12.*

SCYTHARUM, GETARUM, TURCARUM, BULGARORUM, TARTARORUM.

ZAMOLXIS Geta (quem Mnaeus Saturnum esse putat: Plato in Charmide regem, & deum Thracium facit, medicinæ suus auctorem) Hellanicote, Samio Pythagoræ philosopho servivit. Cujus sapientia institutus, domumque cum libertate reverens, prius tamen in Ægyptum peregrinatus, ad mansuetorem vivendi rationem suos traduxit, immortali animorum illis persuaasa. Clam ante subterraneanam specum ingressus, quatuor vix tandem anno denudè emersit, ab insensis se redire simulans. Hoc ipso tantum sibi auctoritate apud rudem populum comparavit, ut à rege in societate imperii, tanquam Dei sacerdos, & interpretis acceptus, eandem specum subiens, illinc oracula reddiderit, & leges Getis Thracibus scripsit, tam constanti Barbarorum credulitate, ut non mori animas, sed ad Zamolxium demone ire sibi persuaderent. Mos hic ad Tiberi usque tempora apud Getas servavit, ut Philosphus Alikus, seu deus regi à consiliis esset. Augusti profecto arate, qui adversus Byrethscam Getarum regem bellum gessit, Decencus, sive Deceneus hac fungebatur auctoritate in facta monte Cogeo. De quo sub Tit. Philosphorum. *Herod. lib. 4. Suidas. Bonfin. lib. 1. dec. 1. Jo. Magnus in Get. hist.*

ANACHARIS Scythia, Gnyri F. Getæ matre, cum Athenis apud Solonem philosophiz operam dedisset, & reversus in patriam, Scytharum leges juxta Græcorum statuta novate tentaret, eandem ob causam à fratre Caduja Scytharum rege in venatione sagitta confossus est. Ergo moriens dixit: Se ob eruditionem incolumem est Græciæ dimissum, per invidiam nunc in propria perire patria. *Laert. lib. 2. c. 9.* Veritas scripsit leges Scytharum. De singularitate humanæ vitæ Dverius vccc. Anchoran & rotam figuratam invenit. Vixit temporibus Cræsi: alii tradunt, extrema ætate, cum ad c. vixisset annos, deceisset. *Suidas.*

ZINGISCANUS (ali Changius) legislator Scytharum, homovilis, & faber ætatis, auctor suus fuit, ut delicias fulgerent, obvis contentus essent, se mutuo diligerent, privata emolumenta spermerent, reipublicæ consulere, nihil in vita festinanter agerent, omnibus cibis uterentur, purimas uxores ducerent, nullos fundos possiderent, migrarent, quod commoditas invitaret: pannos quoslibet tollerent, ac vestitus etiam integros adferrent; quod cum nulla necessitate eorum facerent, sine vetercundia facturos, cum esset opis: aliena non occuparent, veritatem in verbis colerent, justitiam in factis, quorum alterum ingenii animi, alterum rectæ voluntatis esset, ut nemo alterius oratione falleretur, nec in agendo ullis insidiis circumveniretur. *Pachymerius.*

ATILA Hunnorum rex, à bello ad pacis studia conversus, legibus regnum stabilivit. Quo tempore ex toto ferè orbe clarissimi principes ad eum, veluti deposita feritate cicurum

redditum, venire, & societatem ultro eum eo invocare. *E. Bonfin. lib. 7. Dec. 1. & Nic. Olavi in Atila.*

TREBELLIVS Bulgarorum dux, superatis Avaris, ubi è caprivis cognovit, falsis delationibus improborum circumventionis forsissimis quibusque, Avaros destitutos ducibus victos, & profligatos esse, qui antea Græcorum etiam arma egregie sustinerant: convocatis Bulgaris, varias leges promulgavit, in primis in delatores, de quibus edixit, habendam esse questionem: delatorem, prævaricatoreque convictum, capitalem esse jusse: item, ne furi cuiquam, & latroni cibus, & esca tribueretur; qui tribuisset, omnia ejus bona in solum referrentur: furi crura frangerentur. Vinæa omnes imperavit extirpati. *Bonfin. lib. 1. Decad. 1.*

TURCORUM.

Homar, sive Omar, Turcorum legislator fuit post Mahometum. *Chalcocondylas lib. 1.*

SINGILLATIM QUARUNDAM LEGUM AUCTORES.

☞ Oceanus hic immensus æquoribus avaris occurrir. *F. Ipsalægum avaria hoc potissimum loco commemoranda venit.*

PERICLES, Atheniensium dux, legem scripsit, ut nemo ad gubernandam rempub. accedere permitteretur, nisi qui utroque parente civè natus esset; quem tamen ipsum legis ultio tetigit. Nam duo filii Paralus, & Xanthippus, cum peste absumerentur legitimo thoro nati, nothi superesse tantum, quibus rempublicam administrandi potestas, patri lege, excepta erat. *Ælian. lib. 6. de var. hist.*

CLISTENES Atheniensis primus tulit legem Ostracismi, primūque exulavit.

CHARONDAS Thuriot civis suos à familiaritate, & consuetudine perditorum, lege prohibuit: actionemque præve consuetudinis constituit, gravique ejus delictis rebus imposita multa, licentiam coercuit, reliquos à delinquendo ratu deterruit iti mœtu pœnæ. *Diod. lib. 12.*

ARISTONICUS legislator legem tulit, ut si venditor piscium minoris, quam promittisset, piscem venderet, in carcerem duceretur: neve sedentes, sed stantes venderent. *Arhæneus lib. 6. cap. 2.*

REGNERUS Danorum rex statuit, ut omnis controversia civilis, semotis actionum instrumentis, nec accusantis impetitione, nec rei defensione admittis, duodecim patrum approbatorum iudicio mandarentur. *Saxo lib. 9.*

LEGISLATIONIS CULTUS.

STUDIUM.

Primi homines, qui benefactores suos post obitum divinis honoribus affectere, eos qui de patria, vel consulendo vel iudicando vel propugnando, bene meriti essent, in decorum numerum retulere, item qui ea, quæ ad vitæ quotidianæ sustentationem facerent, invenissent: sic Cererem, sic Bacchum, sic Martem, sic Jovem, sic Æsculapium: solos eos qui morum honestatem docuissent, præsterunt. An quia utilitate tantum, & voluptate ducuntur plerique homines, cumque major pars secundum cupiditatem vivat, agrè ferunt sibi à motum philantia veluti frenum injicere: Patienter alioqui ferunt legislatores, non propter honestatem, sed propter tranquillitatem, & commoditatem vitæ.

Legum scientie non expertem fuisse Homerum, certò constat. Ipsum legis nomen, quod est *Νομος*, an ejus tempore in usu fuerit, certò dici non potest. Sunt qui notum id *H.* fuisse dicant, argumento versus *Odys. p.*

Αὐτῶν αὖτ' ἔβλεπε τὴν ἐπιβουλήν ἁπάντων. Aristarchus *Ἄριστ' αὐτῶν* dictam putat à recta distributione. Et quidem inde apparer, etiam *ἑρως* appellatam, quod æqualiter omnibus, aut cuius pro eo atque dignus est, distribuat. Sanè multis locis *Homerus* demonstrat, se legum intellexisse, si non scriptarum, ac saltem in hominum animis conservatarum. Sic enim facit Achillem de sceptro loqui *Iliad. ε.*

— quod nunc manibus gestatur Achivum, Qui dat jura, lovis iussu.

Jura autem legibus comprehenduntur, quarum auctorem Jovem facit: cuius etiam consuetudine Minoem, Crete regem, usum scribit *Odys. π.* Ea autem consuetudo fuit dicendarum legum; quod & *Plato* testatur. Aperè etiam ostendit legibus parendum, neque injustè agendum esse, his verbis, *Odys. α.*

Non ergo illicitis sese quisquam offerat usus: Sed tacite his superi qua donaverit, fruatur.

A Enimvero republicas primus Homerus distinxit. Nam Iliad. 6. in furto, quod totius mundi exemplum Vulcanus paravit (is intelligitur spiritus vis) duas fecit urbes: unam in pace, & letitia degentem, alteram deditam bello: ac utriusque confectaria enarrant, ostendit, aliam esse civilem vitam, aliam bellicam. *Plur. de Homero.*

LEGUM  
ΚΤΗΣΙΣ. ΝΕΜΠΕ  
LEX POSITA.

A Quibus.

Caroli IV. Imp. cum videret multa in conventu Imperis sine ordine geri, multa constituit, quae usque in hodiernum diem observantur, & auro sigillo appenso, appellari iussit constitutionem Imperialem, bullam auream. *Cronicon lib. 9. Saxon. cap. 29.*

De Quibus.

Huc omnes Leges, vel insolentia, vel utilitate sua celebres.

Lex apud Rhodios fuit, ut si qua rostrata in portu navis prehensa esset, ea publicaretur. *Cic. lib. 2. de Invent.*  
Inter fabulas adeo est comedia abjecta, & illepidi habitata apud Athenienses, ut lege sancitum fuerit, ne quis comediam componeret Ateopagita. *Plur. de gloria Athen.*

Lucanorum lex est κακὸν ἐπιείκας, in eos qui peregrinos, post Solis occasum hospitium petentes, non exciperent. *Alianus lib. 4. var. hist.*

Cum apud Amycleos (est id oppidum Italiae, inter Caetanaum, & Terracinam) subinde nunciaretur hostium adventus, idque falso, & ob eam rem civitas frequenter inani terrore quaeseretur: lata lege cautum est, ne quis unquam hostis nunciaret adventum. Atqui post eventum, ut verum jam adveniret hostes; quod cum nemo nunciaret, propter leges interdictum, civitas de improviso capta est. *Eras. in Adagiis.*

REUTHA Scotorum rex, quod complures aut vulneratos, aut morbo correptos, medicorum inciticia petiisse sciret, ne quisquam, nisi longa experientia, medici nomen deinceps assumeret, edixit, capitis poena proposita in non obtemperantes. *H. Boerhavius lib. 2.*

Quomodo.

Apud Athenienses tabulae quaedam erant quadrae, in quibus leges descriptae proponebantur, praeterea varia delinquentium poena. Has illi *κρίσεις* appellant: apud Lucianum *ἀγῶνες* dicuntur. *Eras. in Adagiis.*

Quot.

CHARILAUDS, Lycurgus fratris filius, interrogatus de paucitate illius legum, respondit: Quia verbis non multis uterentur Spartani, hos non multas quere re leges. *Plur. in Lycurgo.*

Quando.

Lex trinundino ferebatur apud Rom. nec alio modo rite ac iuste dicebatur, nisi trino promulgata nudino. Est autem promulgare, quasi provulgare, hoc est, in vulgus edere, ut Pesto Pomp. placet, & trinundinum a temis nudinis dicitur. Nundinae vero mercatum significavit, quoniam octo diebus rustici in agris versabantur, in opere faciendo occupati, & nono quoque die in urbem veniebant, rerum permutationes facturi, lites componituri, ac suffragia senatusconsulto concessa, si opus foret, laturi. Primis D nudinis, & item secundis, lex promulgabatur, ut a singulis atque universis (quod ait Macrobius) facile hosciteretur. Tertio foro seu mercatu, cum omnis, & urbana, & agrestis adesset turba, rogatio fiebat, praero verbalis legis, scriba subjiciente, recitabat; & si populus sciebat, lex ferebatur, hoc est, in aes incidebatur, & in aeterno reponebatur; & tunc demum lata dicebatur. Tempore promulgationis, hoc est, primis & secundis nudinis, interdiciere, hoc est, Quam rem significat Cicero in 1. Antonianarum, dicens, leges duas ab Antonio nulla promulgatione latas, nempe quod trinundino populo recitatae non fuerint, nec licuit illis contradicere, vel ut magis intercedere. *Antonius Garro de Orig. juris.*

LEX NON POSITA.

*Arist. lib. 10. Ethicorum*, Nicomachiorum Cyclopicam vitam appellat, ubi nullis publicis legibus vivitur, sed quilibet suo arbitratu res gerit: *ἐν τῶν τρεῖς αἰσίων ἢ πόλει ἐπιπέδοντα ἀεὶ ἢ πύργῳ, ἢ ἐν ἐκαστῷ, ἀεὶ βίβεται, καὶ καὶ τῶν τρεῖς αἰσίων ἀεὶ τῶν τρεῖς*, id est, in caeteris autem civitati-

bus super his, hoc est, educatione liberorum, nulla est habita cura; sed quisque vivit, ut vult, Cyclopopum ritu delibris, & uxore fastu vivit, ut vult, Cyclopopum ritu spasm habitate feruntur in montibus, nulla specie vitae civilis, sed in suo quique antro facit, quod lubet. Ne religio quidem apud illos ulla. *Eras. in Adag.*

SOLON *ἰσοπέθειν, δὴ τὴν κατὰ ἀναστροφῆν νόμον ἴσους δὴ τὸν ἀνθρώπου, ἄνευ*, id est, Rogatus, quam ob causam non tulisset legem in patriciis, respondit, Quod non sperasset futurum patriciam. *Idem.*

ΧΡΗΣΙΣ ΛΕΓΟΥ.

AUCTORITAS.

ARCHIDAMUS Zeuxidami F. quaerenti, Quis Sparte praefectus? Leges, inquit, & juxta leges magistratus. *Plutarch. in Apoph.*

PITTACHUS Cretoso percontanti, Quodnam esset maximum imperium? *Πολιτικὴ εὐα*, respondit, Varii ligni, hoc est, tabularum in quibus leges describuntur.

OBSERVATIO.

Sub loco iustitiae, de Legum observantia egimus.

PLEBISCITA.

LYCOPHRON Lycurgi, Butades, promulgatione profcripta postulat sibi jus epulandi in Prytaneo Scisci, quod donatum à populo fuit Lycurgo Butade. Anaxicrate Archonte ex tribu Antiochide in Prytania. Stratoles Euthydemae filius Diopitensis promulgat: Quando Lycurgus Lycophonis filius, Butades, accepta à majoribus suis gentilitia jam inde antiquitus adversus populum benevolentia: cuius majores Domestices, & Lycurgus, cum vix honores à populo consecuti sunt, tum defunctis virtutis ergo dedit populum publicam in Ceramic sepulturam: ipse etiam populi genens Lycurgus, multas patriae, & praeclearas leges tulit, quae sunt à civitate creatas Panathenaica concessit, dispensantemque ex velligalibus publicis xix. millibus nongentis talentis, magna pecunia à privatis fide sua sumpta impensa, que in usum civitatis, & populi, ad del. talentorum summam, quia omnia haec constabat recte esse atque ordine administrasse, identidem est à populo corona donatus: praeterea ad eam rem à populo designatus, magnam vim pecuniae in arce coegit, paravitque Minervae mundum. Victorias ex solido auro, vasa ad pompas aerea, & argentea, & mundum aureum ad centum canephas: praefectus apparatus bellico armorum magnum numerum, telorum quinquaginta millia comportavit, triremes ad deducendum in aquam aptas paravit quadringentas, quarum partem recit, partim novas aedificavit; insuper cura inchoatorum operum suscepta, navalia, armamentaria, & theatrum Dionysiacum abolivit; effecit circum Panathenaicum, gymnasiumque, & Lycum instruxit, multique aliis opificiis urbem exornavit: Alexandro regi, qui totam subjugarat Asiam, totique semel Graeciae imperare patabat, cum Lycurgum ille, quod conatibus suis obstitisset, expulseret, non est illius terrore adductus populus, ut eum dederet: ac cum actionum suarum rationes frequenter in libro, & populari civitatis statu dedisset, integer, & abstinent perpetuo mansit. Quo cognovit omnes, & populum eos, qui actiones suas ad publicam libertatem, & ad conservandam popularem remp. dirigere student, & vivos in summo honore habere, & defunctis gratiam immortalem referre, quod felix faustumque sit, visum populo est, Lycurgum Lycophonis filium Butadem, virtutis, & iustitiae causa celebrare, ac locare eum in foro statuum ex aere, nisi quo loco interdum est lege non locare: conare etiam epulandi in Prytaneo jus H stirpi Lycurgi maxime natu in omne aevum, & utque rationes ejus ratae sint, referatque scriba eas in columnas lapideas, publicè que proponat, & statuas in arce juxta dedicata ibi ornamenta. Ut haec in columnas perscribantur, quae sunt populi quinquaginta drachmas numeret, ex ea pecunia, quae expensa populo in plebiscita referret. *Plur. in viciis decem.*

DEMOCHARIS Lachetis filius, Leuconthensis, postulat Demostheni Demosthenis filio Paeaniensi statuum ex aere in foro, jus in Prytaneo epulandi, & primum sublellum ei, & ex sobole ejus seper natu maximo, quod beneficium in populum Atheniensem, auctorque multorum, & bonorum consiliorum ei fuit, facultateque suas in usum publicum convertit, intulitque talenta octo, & triremem, cum populus in Hellepontum Euboeam afferret: alteraque, quando in Hellepontum cum classe navigavit Cephalodorus: aiam, quando Chares & Phocion praetores Byzantium cum imperio missi à populo fueret,

A fuerit, & quod multos bonorum, qui Pydnae & Methonae & Olynthi in Philippis potestatem venerunt, aere suo redemit, sumptumque classicis subministravit, quando impactibus ad sumptum suscipiendos Pandionidis impensas praebuit: armavitque cives eos, qui impares erant: in muros reficiendos impendit ex sua liberalitate ei operi praefectus à populo tria talenta: Piraeum suo sumptu duplici fossa cinxit, sub praedium Cherontense talentum est largitus ad annonam comparandam, cum laboraretur fame: quod populo Atheniensi socios inducendo, bene merendo, & consulendo, qua ratione perpulit eos, ascevit Thebanos, Euboeenses, Corinthios, Megarenenses, Achaeos, Locros, Byzantios, Messenios, copiasque, quas populo Atheniensi, & sociis adjunxit, peditem decem millia, equites mille: quod ad confederendum stipendium legatus perpulit socios plus quingenta talenta, quod largienda pecunia, & legatione suscepta, ne Alexandro Peloponnesiade Thebas supplicet serrent, obstitit, multorumque aliorum, & egegriorum consiliorum populo auctor fuit, remque publicè praeter aetatis suae reliquos ad tuendam libertatem, & populi principatum gessit optime: quod etiam populo paucorum vii oppressio cessit Atheniensium demeruit, missis ab Antipatro in eum militibus, benevolentiam erga plebem & charitatem perscrutavit, & cum in potestate venit inimicorum, nihil in ipso discrimine populo Atheniensi egit indignum, Archon Pytharum.

LACHARIS Democharis filius, Leuconthensis, postulat à senatu, & populo Atheniensi domum Demochari Lachetis filio, Leuconthensi, statuum ex aere in foro, & jus in Prytaneo epulandi, atque ex ejus sobole semper natu maximo, primumque in omnibus ludis sublellum, quod beneficium in populum Atheniensem, eique optimum consiliorum auctor fuit: haec beneficia apud populum collocavit in legationibus, rogationibus, & actionibus publicis, murorum aedificationem, armorum, telorum, machinarum apparatus: quod urbem bello quadringentis annis univit, pacem, inducias, societatem cum Thebanis faxit, quorum causa ab illis, qui civitatem profligaverant, actus in exilium fuit, revocavitque Archonte Diocle à populo, compressit primus Cationes nam eorum, qui facultatibus suis pepercerant, quam Legatorum ad Lyfium achum: donum paravit populo triginta talentorum argenti, iterumque centum: rogationem tulit de mittenda in Aegyptum ad Ptolemeum legatione, qua legati, qui missi eo fuerant, talenta argenti quinquaginta populo reportaverunt: ad Antipatrum legatus XX. talenta argenti accepit, sacra Cereris Eleusinia recepit, horum auctor seiscenduntur populo fuit, haec gessit, resp. causa in exilium ivit; paucorum potentiae nunquam se aggregavit, populo oppreffo nullum magistratum cepit, solus ex iis, qui sui memoriae temp. tractaverunt, nulla actione resp. statum movere tentavit ita, tractaverunt, nulla actione resp. statum judicium, leges, tribunalia, patrimonium Atheniensibus omnibus in toto actionibus suis collocavit, nihilque neque verbum, neque factum adversus populi principatum est molitus.

Q. HORRENTIUS tribun. pl. deinde Philo dicator legem tulere, ut Plebiscita omnes Quiritibus tenerent, utque leges à populo late, rite promulgatae non essent, nisi post initium populi iustitiamque, patres auctores fierent. A primo vero Durbis ortu, post exactos reges, de nulla re populus iudicasse, aut iustitia tulisse traditur, nisi ex consulo senatus. Prius enim jubebat populus, deinde confirmabat senatus, quod aro subsequente fieri desistit est: nam de his quae plebscivit, non senatus, ut prius, iudicabat, sed depravato usit, de his quae senatus cognoverat, populus iudex erat. *Alex. lib. 2. cap. 11.*

LEGUM TRANSGRESSORES.

De legum cum divinarum, tum humanatarum transgressores, multa per te poterunt ex locis ipsarum virtutum aut vitiarum, quae fieri per leges jubentur, aut vetantur. Item ex loco de Iudaeis, ubi insigne eorum ingratitude dem deponimus. Hanc enim S. Stephanus *Act. 7. c. 39.* illi obicit, Hic est, inquit, Moyses, qui accepit verba vitae dare nobis: Cui non haec obediunt Patres nostri, sed repulerunt, & averti sunt cordibus suis in Aegyptum, &c. rursus: Qui accepit hanc legem in dispositione Angelorum, & non custodidistis, &c.

POENA

Quae poena maneat legum divinarum transgressores, videtur eod. tit. de Iudaeis.

Sed expressius varia poenarum genera Deus inculcavit E non servantibus leges suas. Siquidem XXVIII. maledictiones intencat iisdem *cap. 26. Levit. v. 14. & seq.* Ait enim: Quod si non audieritis, & ad iracundiam provocaveritis, scilicet non audiendo praecpta mea, visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui consumat animas vestras. Frustra feretis sementem, quae ab hoste devorabitur. Ponam faciem meam contra vos: fugietis coram hostibus, subjiciemini his qui oderunt vos, & fugietis nemine persequente, &c.

Totum enim illud caput usque ad finem, penè commemorat afflictiones, & maledictiones, in quibus subiacent transgressores divinae legis: vide etiam de eodem argumento *Psalm. 88.*

QUATUOR ORDINES TRANSGRESSORUM.

Primus est eorum, qui praecpta vel legem aquisitionam simpliciter tantum transgrediuntur, non faciendo, quod iudicetur, aut praestando, quod vetatur; idque vel ex infirmitate, vel ex ignorantia. Alter est illorum, qui data opera, & ex perverbia perverfae voluntatis transgrediuntur.

Sunt praeterea, quibus non sufficit praevicari perverfae legem, sed monentes insuper ad illius observationem repellunt; etque is tertius gradus.

Quartus denique est eorum, qui se planè avertunt, velut traditi in reprobum sensum: Et est pessimus gradus. Omnium autem horum infimulate videtur Iudaeos in Actis Apostolorum S. Stephanus, *cap. 7.*

LEGUM OBSERVANTIA,

OBDIENTIA.

SERVANTES LEGEM PRÆMIANTUR.

Uti adversus transgressores mala comminatur Deus, ita legem servantibus omnia bona promittit eodem loco, & similiter ex eo enumerat XXVIII. benedictiones. Ita namque loquitur:

Si in praecptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, dabo vobis pluvias temporibus suis. Et terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium trituram vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pavore habitabitis in terra vestra.

Dabo pacem in finibus vestris, dormietis, & non erit, qui exterrat. Auferam mala bestias, & gladius non transibit terminos vestros, &c. *Videatur cap. 26. Levit. a. vers. 1. usque ad 14.*

LEGUM NOVITATES, ET MUTATIONES EXITIOSAE.

Cum leges sint velut nervi, & coagulum Reipublicae; si illas mutari aut innovari contingit, labefacturae illius status. Verissimum est illud Platonis, veteres leges mutare, perinde se habere, ac capita Hydrae praecidere. Ideo Salomon monet, non esse transferendos limites, quos patres statuerunt. Thucydides bene dixit, Tutissimas esse Reipublicas, quae quam minimum mutantur in legibus veteribus. Historiis hanc rem declaremus.

SOLON cum videret, quantis cum periculis mutatio legum & status Reipub. conjuncta esset, adegit Senatuum ad iuramentum, quo pollicebatur, sanctè se servaturum esse leges à Solone latas. *Plutarch. in vita Solonis.* Hanc legem amplexa Venetorum Reipublica in violabiliter tueretur, cum ne ad Senatuum quidem de Republica, in consulo Sapientium collegio, ferre liceret. *Ioh. Bodin. lib. 4. de Rep. cap. 3.* Lycurgus obstrinxit sibi cives iuramento, ne mutantur leges usque ad suum reditum.

Polybius disputat de causis, cur urbs Carthago toties victa, & tandem oppressa, & delicta sit à Romanis: cum contra urbs Romana creverit. Causam transfert in studium diversitum populi utriusque, quod eo tempore multo negligentius Carthaginienses, quam antea, Romani multo diligentius conari sunt tueri, & defendere leges patrias. *Peuce. rus in 1. Chronol. Rich. in axiom. Polit. cap. 291.* Recitat Demosthenes in orat. contra Timocratem legem, quae fuit apud Locros: Ut si quis novam legem laturus esset, suaderet eam publicè, collo in laqueum inferret, ut si non placuisset lex, cives mox strangularent autorem. Hinc intra ducentos annos legem apud Locrenses novam nullam latam fuisse: nisi cum aliquando quidam habens duos oculos, militaretur unicum habenti oculum, se illi cum effodiendum: ibi